

# Yos Rector

et Alma ac Celeberrima Regia Litterarum Universitas Hungarica  
Francisco-Josephina  
Lecturis Salutem!

Laudabile imprimis Maiorum Doctororum institutum est, ut qui honestis studiis atque artibus oatis diu se dediderunt: priusquam ad vitae commuris usum et ad praxim se conferant, antea omnia subeant examina, ut debitum eruditionis suae testimonium legitimo acquirant modo.

Cum itaque Ornatissimus, Expertissimus ac Doctissimus Dominus **Gabriel Wester** annorum aetatis XXIX. religionis Helv. conf. e pago Saradj in comitalu Uldvarhely ortus cursum universae artis medicinae legibus academicis praescriptum debita assiduitate ac diligentia rite perfecisset, atque iam ad exhibendum doctrinae suae specimen paratus esset, petissetque a Nobis, ut ipsum titulo academico doctrinae suae convenienti ornaremus. Nos cum honestissima aequissimaque petenti deesse non possemus. Eum ex univera Medicina summa severitate examinavimus. Qua occasione cum debitam eruditionem suam et Medicinae peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti ac honestis studiis debetur. - Quapropter potestate ab Augustissimo Imperatore et Rege Nostro apostolico Francisco-Josephho I. per articulum XIX. Dietae anni MDCCCLXXII. Nobis concessa,

Eundem Ornatissimum, Expertissimum ac Doctissimum Dominum **Gabrielem Wester** die, mense et anno infrascriptis

## Doctorem Medicinae Universae

pronunciavimus et declaravimus, dedimusque ei potestatem cathedram doctoralem concendendi ac de Medicina respondendi, proxime Medicinae universae post usum unius anni in quodam novocomio potestatem nacto probatum exercendi. Tribuimus ei etiam privilegia omnia ac praerogativas, quae Medicinae universae Doctoribus legibus et consuetudine tribui solent.

In quorum omnium fidem Diploma hoc maiore Universitatis Sigillo munitum requisitione subscriptionibus firmatum ei dari curavimus.

Datum in libera regia civitate Szeged in Hungaria, die vicesimo secundo, mensis Martii, anno Domini Millesimo nongentesimo vicesimo tertio.

*Pálus György*  
philosophiae doctor, physicae practicae et electro-technicae professor publ. ord., ordinis Mathematico-naturae scrutatorum annis 1917-18 et 1921-22 prodecanus, huius universitatis hoc tempore rector.

*Béla Remboly*  
medicinae universae doctor, chemiae medicae professor publ. ord., instituti chemici medici director, societas chemicae Hung. necnon societas chemicae Germanicae sodalis ord. ordinis medicorum h.t. decanus.

*Georgius Semmelweis*  
medicinae universae doctor, medicinae forensis prof. publicus ordinarius, instituti medico forensis director hoc tempore notarius.

